



3
Constantino Hugonio, 1^{to}
Principi Auriaco
Consilij^o & secretis.

Willelmus L. O.

Litteras tuas accipimus, Vir Praestantissimè, unâ cum
adjunctis. Ego verò, etsi nunquam de caelesti tua virtute
dubitavi, nunc tamen ultro confiteor, te HUGENIUM,
id est, Virum, quam eruditum, tam humanum, &c. Ne
tū hoc effecisti, ut meum fuerit, quamdiu hies colimor labor in
terris, id cogitavi, id curavi semper, quò tuum istud non tantum
praedicatur beneficium, sed aliquando tandem, pro mea quidem
virili, compensetur. Quicquid haecenus de te loquutus
ae testatus est clarissimus ille Heinsius, video atque fabor,
id omni laude ac invidia majus esse. Sed me beatum existi-
mo, cui sic liceat amicitia tua frui. Ut plane ac penitus
persuasum tibi habeas, te inter eos recenseri amicos, quorum nomi-
ne, quando sic necessitas urget aut occasio, minimè dubitarem,
animum & sanguinem profunderè. Quod novit ille, qui novit
omnia. in cuius, decò, nomine, si loqui ita fas sit, me totum
tibi offero ac consero. Quod, ne prolixioribus te obtundam
sermonibus, amplius referre ac extendere nolim. Cuius casus
Excellentiae tuae tradet, quaedam fortassis communicabit, quae
Bernardum Hakiū tangant. Ex cognomine Sand grava,
te colliges, ea stirpe progenatum illum esse, cui ego maxime
amem. Et quidem ille frater Domine meae, cum
qua, si Deus volet, & vivam, & moriar. qui si quando gra-
tiam tuam exoptaverit, quæso, ne egre feras, si te rogitam,
ipsi ut adesse digneris. Me verò tibi arctius devinxeris,
si eodem illo modo, quo jam pater ejus, humanitatem tuam
exploraverit. Non gravabitur Excellentia tua impudentie
meae ignoscere. Sed iddo, ut parcat, non addo in te amicos
pateat tuos, quin adhuc longius generosa tua pateat
facilitas. nisi verò condonabis, quando alio no nomine
impudens esse cogor. quod ut cogitis, te rogo. Valde,
Vir Amplissimè, ac me ama. Trajecti.
17. Aug. 1631.

Decorative flourish

Hug. 37.

Illustri ac Magnifico Viro,
D. d. Constantino Hugēnio, J. d.
Equiti Torquato, &c.
Principi Anziaco
Consilijs & Secretis,
Domino & Amico semper suo.

